Antiphraſis. ¶ Antiphraſis eſt vni⁹ v̾bi ironia. vt bellũ q̊ minime bellũ eſt. ⁊ lucus q̊ minime lucet. Hec Dona. ⁊ Diomedes addẽs parcas dic: q̊ minime parcãt. Meminit huius rei Quinti. in. j. de inſtitutione orato. dicẽs. Et etiam ne a cõtrarijs aliqua ſinamus trahi: vt lucus qꝛ vmbra opacus parꝫ luceat: ⁊ ludus qꝛ ſit longiſſim⁹ ab luſu ⁊ dis qꝛ minime diues. Uarro parcas quaſi partas dici vult t in o mutata: a partu q̊ naſcentib⁹ bonũ aut malũ cõferũt authore Heſiodo. vt meminit Gel. Ideo Auguſtin⁹ cõtra Priſci. debacchat̃ oñdens p antiphraſim nõ dici bellũ parcas: ludũ lucrũ ⁊c. hac etiã figura nonnunq̃ quos nanos conſpicim⁹ athlantes vocamus: ⁊ ethiopes argenteos. hec ab ironia differt pnũciando mutat affectũ ⁊ ſignificationẽ: Antiphraſis vero diuerſitatẽ rei denotat: vt Diomedes ait. Antiphraſis eſt p cõtrariũ locutio. ab anti.i. contra ⁊ phraſis.i.locutio. Antiphraticos contradictorius.

Nota q̃ p ãtiphraſiꝫ dñr auguſtin⁹ damnat thuaſenẽ. refellit eos q̃ hec nola p cõtrariuꝫ dici opinãtur.

¶ Aenigma ſupra declaratum eſt.

At charientiſmos tibi moliet aſpera dictu.

Charientiſmos ¶ Charientiſmos eſt tropus quo dura dictu gratius pferuntur: vt ſi interroganti

non me ꝗſunit quiſpiã? reſpõderis bona fortuna .i. nemo.nũquid vis aliud vt recte valeas.i.nihil.Carientiſmos: ideſt gratificatio ⁊ vrbanitas a Χαριοειντοσ charis charientos.i. gratus: gratioſus Χαρισ charis itis.i. gratia Carientizome. i. iocor nugor vrbanus ſum alludo.Chatizome.i.dono gratificor.

Sermo procul notus feſtiua Paroemia fertur.

Paroemia

❡ Paroemia eſt accõmodatũ reb⁹ tẽpibuſq; pũerbiũ: vt lupus eſt in fabula. adeſt is cuius preſentia loqui vetamur lupi eñ vocẽ adimere credũt ei quẽ priores conſpexerint. Ver. Lupi Moerim videre priores. Cocta munerabimus cxta .i.vt Diomedes ait ex euẽtu rem ſcim⁹. Nos poma natam⁹ quoties indoctus: ignobilis improbus:inter doctos: aut nobiles : aut pbos nũerare cupit: velut in pomis olẽtum.i.paroemia pũerbium Paroemiacus pũerbialis.Dicitur a para.i.iuxta ⁊ oeme.i. cantus vel cantilena:quaſi iuxta omniũ cantilenã. In Donato ⁊ Diomede mendoſe legit paranomia :.pro paroemia. hos librariorũ incuria excuſat. Alexander venia caret dicẽs. Eſt et epizeuxis ⁊ anaphora paronomia : ſed hic ferme oĩa figurarum nomina corrumpit: vt legenti liquet mediocriter docto.

* Illud Terẽtij in Phormio. Aduerſus ſtimulum calces paroemia eſt

Hoſticus irriſus nobis Sarcaſmos habetur.

❡ Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis deriſio. Verg.in xij.enei. En agros ⁊ quam bello Troiane petiſti Heſperiã metire iacẽs. Et in ij. ene. Pyrrhus ad Priamũ. Referes. ergo hec ⁊ nuncius ibis. Pelide genitori: illi mea triſtia fata. Degeneremq; Neoptolemũ narrare memẽto Sarcaſmos ſĩlis eſt Myctériſmos cũ quodã riſu ⁊ cõtractione nariũ ſubdola illuſio. Fab⁹ in. viij. Adijcit his mycteriſmos ſimulat⁹ qdẽ:ſ; nõ latẽs deriſus. ſcribit id nomẽ grece cũ y greco in pma ſyllaba: tñquã in e longã ⁊timus in ſcba μυκτηρισμοσ mycteriſmos .i. ſubſãnatio. a mycteriſo .i. ſubſanno.idq; a μυκτηρ mycteteros:penul. gẽl longa:vt crater eris .i.naſus

ſarcaſmos

Mycteriſmos.

Simplicitas Aſteiſmos erit ſi ruſtica deſit.

Aſteiſmos

❡ Aſteiſmos eſt tropus multiplex nũeroſq; ꝟtutis. Nã eſt ꝗcq̃d ruſticaſſimplicitate caret ⁊ faceta ſatis vrbanitate exprimit : vt apd̃ Verg.in buc. Qui Bauiũ non odit amet tua carmina Meui. Atq; idẽ iungat vulpes ⁊ mulgeat hircos.i .ꝓpena ei cõtingat vt diligas Meuiũ peiorẽ poetã. Nã Meui⁹ ⁊ Baui⁹ peſſimi fuerũt poete inimici tam Horatio ꝙ Verg.vñ Hora. Mala ſoluta nauis exit alite ferẽs olẽtẽ Meuiũ. Iungere vulpes ⁊ mulgere hircos eſt cõtra naturã ꝗcq; conari. Niger cum Alexandro etiã antiſmon vocat hãc figurã : doctiores Aſteiſmon dũtaxat quos potius imitandos cẽſeo. Aſteiſmos eſt dictio tetraſyllaba duobus trocheis cõſtans: ideo Syncreſim fecim⁹:.vt Verg.in alucaria. Aſteiſmos trãſfert vrbanitas: a aſteos.i.vrbanus. Aſteizome.i.vrbanus ſum. Aſteizo.i.iocor.

Nota parum demonſtrat Homoeoſis mage notis.

Homoeoſis

❡ Homoeoſis eſt minus note rei p ſimilitudinẽ ei⁹ q̃ magis nota eſt demonſtratio Eius ſpẽs ſũt tres. Icon/parabola/paradigma. Homoeoſis tranſfert ſilitudo .ab homoeos cũ oe diphthõgo.i.ſilis hinc homoeologia .i. ſilis locutio. Eſt aũt hõceologia oronis vitiũ quã nulla varietatis gra leuat tediũ: atq; ex tota colore vnius ꝗ maxime deprehendit carens arte oratoria. Author Fabi.in.viij. Contrariũ huic vitiũ eſt Soraeſmos : quedã miſta eſt varia rõne linguarũ oro vt ſi atticis Dorica Aeolia/ Ironia: etiã dicta cõfundas. Cui ſimile vitiũ eſt apud nos ſi ꝗs ſublimia humilib⁹: vetera nouis:poetica vulgaribus miſceat Id eñ tale eſt mõſtrũ : quale Hora.in principio artis poetice.fingit. author in.viij. Fabi⁹:apud quẽ Valla ⁊ Alctus legũt Soraeſmos. Regius vero Coeniſmos : a cocnoneo.i. cõico:legit. vñ telã docnomia.i.cõicatio rectius dr ꝙ cocnocia. Badi⁹ nr vir acerrimi iudicij ſuffragat hic Valle ⁊ Aldo Soraeſmos cũ ae diphthongo dicit aceruatio ⁊ cõgeries. Soros per ω mega ante r.i.cumulus:aceruus. Soreuo cumulo. Soreia per ei diphthongon.i.congeries Soreumatos.i.cumulus. Soreuſis aceruatio.

Hõeoſis ſpẽs tres.

Homoeologia.

ſoroeſmos

Icon

Eſt icon quoties forme bene confero formam.

❡ Icon eſt pſonarũ inter ſe vel eoꝝ q̃ pſonis accidũt cõparatio.vt Os humeroſq; deo ſilis Aut icon eſt forme ad formã collatio laudis aut vituperatiõis cã. vt ibat in pliũ corpore tauri validiſſimi:impetu leonis acerrimi. Et iſte quotidie p forũ tã ꝙ iubatus draco ſerpit dẽtib⁹ adũcis. Hec figura a Diomede vocat etiã. Icaſmos Alio noĩe dr Catatypoſis Icõ onos penultima genitiui correpta cũ ei diphthõgo

Icaſmos. Catatypoſis

in pma ſi grece ſcribit trāſfert imago ⁊ ſilitudo. Icaſmos idē Catatipoſis interpretatur iuxta figurā, aut formā vt Oia Mercurio ſilis voceq́ꝫ coloreq́ꝫ. Et crines flauos ⁊ mēbra decora iuuente. Dicitur a cata .i. per ſcdm: ⁊ a typoſis per omega .i. impreſſio ⁊ formatio. typos .i. forma: figura adūbratio. typoo. ſigno formo. ab hypo .i. ſub ⁊ typoſis fit hypotypoſis .i. informatio: deſignatio: diſpoſitio. hypotypoo .i. p figurā demōſtro/deſigno. Hypotypoſis dr a Cice. ſub oculos ſubiectis vt ait Fabi⁹

Hipotypoſis. Metaſtaſis. Energia

li. ix. Eſt aūt hypotypoſis qdā ꝯpoſita forma reꝝ ita expſſa verbis vt cerni potius q̄ audiri videatur: veluti ipſe inflāmatus ſcelere ac furore in forū venit ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. Huic figure cognata eſt Metaſtaſis: q̄ eſt temporꝫ trāſlatio q̄ ita q̄ futura ſint aut futura fuerit imaginamur: vt nō narrari res ſꝫ agi videat. Author ibidē Fabi⁹ veluti Credite vos intueri hec: q̄ nō vidiſtis oculis: animis cernere poteſtis. Eadē ferme dr Energia: q̄ eſt rerū geſtaꝝ aut quaſi geſtarū ſub oculos inductio. vt ac veluti in ſompnis oculos vbi lāguida preſſit. Nocte quies. nec q̄cq̄ꝫ auidos extēdere curſus. Velle videmur ⁊ in medijs conatibus egris Succidimus nō lingua valet: nō corpore note. Sufficiūt vires: nec vox nec verba ſequunt. Metaſtaſis trāſfert trāſmutatio ⁊ tranſitus. a meta .i. trās ⁊ ſtaſis. ios .i. ſtatio.

* Energia

℄ Energia euidētia eſt cum a prima vocali in ſcda ſyllaba ⁊ ei diphthōgo in tertia apud grecos: nos in i longū vtim⁹. Energes .i. manifeſtus. energia vo cū ſcda vocali in ſcda ſyllaba dr efficacia. act⁹ ⁊ actio. ⁊ cū ei diphthōgo ſilr in penultima.

* In hoc exēplo ex marōe de ſūpto os humeroſq́ꝫ deo ſimilis Enee pulchritudo a liuiuus dei pulchritudini aſſimilatur cū deus ⁊ hō ſmepienꝫ maxie mē brorꝫ ſilitudine teneatur.

Jure diſertus erit quiſquis rem comparat apte

℄ Parabola eſt rerū gñe diſſimiliū cōpatio: vt qualis mugit⁹ fugit cū ſaucius araꝫ Taurus ⁊ incertā excuſſit ceruice ſecurim. Huic venuſte ſubijci ſolet. Antapodoſis eſt ꝯtraria redditio vel ex aduerſo. ex anti .i. contra: ⁊ apodoſis redditio. hec vt in .viij. ait Fabius: rem vtrāq́ꝫ cōparat ⁊ velut ſubijci oculis ⁊ pariter oſtēdit Cicero p murena: vt aiūt in grecis artificibus eos auloedes eſſe q̄ cytharoedi fieri nō potuerūt: ſic nos videm⁹ q̄ oratores euadere nō potuerūt: ad iuris ſtudium deuenire. Parabolā Fabius. lib. v. appellat exēplū. Diomedes vero ſilitudinē. alij cōpationē. facit id nomen pceleumaticū: ideo hexametrū nō ingredit proinde non credo Mancinello id nomen deducenti. ex para .i. iuxta: ⁊ bule cū ou diphthongo .i. conſiliuꝫ ⁊ ſnia quaſi iuxta ſniam q̄cq̄ꝫ nō ignorē interiꝫ correptionis grā alterā diphthongi vocalē apō grecos abijci: tamen mihi placet parabolaꝫ dici adiectiueꝫ a para .i. ad ⁊ iuxta: ⁊ bole .i. actus. Ballo iacio vt ſit adiecta cuiq́ꝫ rei cōparatio.

Exemplum facti vel dicti fit paradigma.

Paradigma.

℄ Paradigma eſt exēpli hortātis vel dehortātis enarratio. Hortantis vt Antenor potuit medijs elapſus achiuis Illiricos penetrare ſinus ⁊c. Dehortātis aūt deterrentis. vt/At nō ſic phrygi⁹ penetrat. Lacedemona paſtor. Ledeāq́ꝫ helenā Troianas vexit ad vrbes. Paradigma eſt exēplū. Paradigmo .i. exemplifico a para .i. iuxta ⁊ digma atos .i. ſignū. digmatizo .i. traduco ⁊ ſigno oſtēdo greci cū ei diphthōgo in pma ſyllaba. Hacten⁹ ex Diomede donato pauculis figuris obiter inſertis que deinceps ſcribent ex Mācinello ⁊ Nigro atq́ꝫ Quintiliano ſumpſim⁹: nec tñ q̄cquid vſq́ꝫ figuratū eſt huc cōtulim⁹: id eñ foret immenſum: parūq́ꝫ vtile: authore Quintiliano in. ix. Nec mirū quū Apolodorus: vt Celius ſcribit: teſte Fabio incomprehēſibilia partis huius precepta exiſtimauerit. Itaq́ꝫ mecū pclare actum putabo: ſi poſt tantos viros nō inutiliter hunc laborem obijſſe candidis lectoribus videbor.

℄ Miſcellanea reliquarum Figurarum declaratio.

Multa figurarum deſcriptio nomina ſumit.

Phraſis. Chronographia. Topographia.

℄ Deſcriptiones tēporis loci/gñationis/pugne ⁊ pluriū rerum a nonnullis inter figuras nūerant quarū declarationē pſa facilis enucleabit: cū ijs quas Niger in Phraſio .i. elocutionis ſpeciebus declarat. ℄ Eſt aūt phraſis ſermo eloquēs totius ſnie ſignificationē oſtendens ℄ Chronographia: eſt temporis deſcriptio: vt vertitur interea celum ⁊ ruit oceano nox. Dicit a chronos .i. tēp⁹: chronicos tpalis. ⁊ grapho .i. ſcribo. graphe ſcriptura. ℄ Topographia eſt loci pa deſcriptio: vt lucus in vrbe fuit media letiſſim⁹ vm bra

Etiã cõſpectu. Tenedos notiſſima fama. Inſula dicit a Topos.i.locus.&grapho
Vocatur etiã Corographia a choros.i.locus per ω mega ante r.
¶ Topothesia eſt loci ficta deſcriptio: vt Eſt in ſeceſſu lõgo locus inſula portũ. Effi
cit &c. Nã hic portus nuſq̃ eſt in aphrica authore Seruio; dicit a topos.i.locus et Chorographia
theſis.i.poſitio. Coſmographia eſt mundi deſcriptio.a coſmos.i.mundus. Topotheſis.
¶ Aetiologia eſt cauſe redditio. vt Ad celũ tẽdens ardentia lumina, fruſtra. Lumi
na. Nam teneras arcebant vincula palmas. Dicitur ab aetia cum ae diphthongo actiologia
penultima breui ſine aſpiratione.i.cauſa/ratio/accuſatio/confirmatio/culpa.et lo
gos ſermo vel logia eſt locutio.
¶ Ectaſis eſt lõgus in deſcribẽdo excurſus vt in deſcriptiõe tẽpeſtatis apd Uer.in
Georgicis. Interptat exitꝰ egreſſioq̃ aut pueꝰtus ab ekneo.i.euenio: egredior: pter Ectaſis
eo. Vocat etiã Parechaſis.i.trãſgreſſio. Antilogia eſt vboꝝ ꝯtradictio aut refraga
tio, vt haud vnq̃ tibi fiſtula cera iũcta fuit. Anti contra logia locutio. hoc eſt con antilogia.
tradictio. ¶ Cãchaſmos eſt riſus ſolutus vt ha ha he: apd comicos. Interptat caci
nus a cãchaſo. Cãchaloo & cãchoo.i.cachinor. ¶ Apophaſis vel apologia eſt obie Canchaſmos.
ctorũ trãſio vel excuſatio vt an mihi cãtãdo victꝰ nõ redderet ille. Quẽ mea carmini
bus meruiſſet fiſtula caprũ. Apophaſis itẽ: vt dicit Fabius in.ix.eſt cuiuſpiã rei ne apophaſis
gatio aut per trãſitũ demõſtratio in hũc modũ. Nõ agaꝫ tecũ iure ſummo: nõ dicã
qd forſan obtinerẽ. Et qd ego iſtiꝰ decreta. qd rapinas: qd hereditatum poſſeſſiões
datas: qd ereptas pferã? Et mitto illã pmã libidinis iniuriã. & me illa quidẽ teſtionia
recito q̃ dicta ſunt de ſeſtertiis ſeptigẽtis milibꝰ. & poſſum dicere. Quibꝰ ghibus per
totas interim qões decurrimus. vt. Cicero hoc ego ſi ſic agerẽ tãq̃ mihi crimẽ eẽt
diluẽdũ; hoc pluribꝰ dicerẽt. hec Fabiꝰ Aſſerẽs Apophaſim negãdo dici. Nã apo
phaſte ſignifi. at negare. Apopheno.i.demõſtro/definio .hinc apophaſis ios.i.ne Apologia
gatio/ſnia/demõſtratio. Apophaſco.i.nego vel ſnlam dico. Apologia.i.defenſio et
excuſatio. ab apologeo.i.reſpondeo. apologema atos.i.excuſatio. Apologeome de
fenſio/reſpõdeo/purgo/excuſo. ¶ Cacoethos eſt mali moris aut cõſuetudinis de
ſcriptio vt exul ab octaua Martius bibit. Dicitur a cacos.i.malus: et ethos mos. cacoethos
¶ Catachryſis alicuius facinoris cõdemnatio vel iudicatio. vt tum pendere penas
Cecropide iuſſi. Dicitur a cata.i.per & ſecũdũ & chriſis.i.iudiciũ hoc eſt cõdẽnatio
Catacrino.i.damno. Catacritos cõdemnatus. Catachriſis
¶ Apotheoſis eſt alicuiꝰ mortalis i deos relatio vt cãdidꝰ inſuetũ miratꝰ limẽ olym
pi. Interptat deificatio: cũ ω mega in penul. Apotheoo.i.deificio ab apo ppoſitione
varie ſignificationis in cõpoſitiõe, & Theoo deifico. Theoo ideſt deus. malim dice
re apotheoſis diui. Frãciſci: q̃ canonizatio cũ vulgo. ¶ Catalogus eſt ſmo rex ordi
nẽ & numerũ oſidens. vt tres ſumꝰ imbelles nũero ſine viribus viri Laerteſq̃ ſenex Apotheoſis.
Telemachuſq̃ puer. Catalogus eſt nũeratio et delecꝰ. militũ a catelogo.i.numero
¶ Elogiũ eſt alicuiꝰ rei teſtificatio vel honoris vel vituperationis grã. vt Solonis Catalogꝰ.
ſapiẽtis elogiũ eſt quo ſe negat velle ſuã mortẽ dolore amicorũ lachrymis vacare.
¶ Genealogia eſt alicuius gñationis deſcripta ſeries. vt hũc Faunor nympha ge Elogium.
nitũ laurẽte marica accipimꝰ. Fauno Picus patriſq̃ parentem. Te ſaturne refert
Interpretat ſermo de generatiõe. a genea.i.generatio genus pgenies & logos; vel Genealogia.
logia. ¶ Genethliacõ eſt natalis deſcriptio vt apd Uer.in Polliõe interpretat na
taliciũ. et põt flecti Genethliacus a.um.i.natalitiꝰ. a genethlõ vel genethle.i. genꝰ
natiuitas genethlia celebritas natalia q̃ fit in natalicie. Monomachia eſt duoruꝫ Genethliacon.
ſingulare certamẽ. vt Turni & enee. a monõ.i.ſolũ tm̃ monos.i.ſolus. Monomachꝰ
gladiator cũ vnico pugnãs. mache.i.pugna .hinc naumachia pugna naualis. aut
ipſiꝰ deſcriptio. vt apd Liuiũ; Gigãtomachia. aut gigogãthea.i.gigãthũ pugna ſic Monomachia
pedomachia &c. ¶ Syllogiſmus eſt orõ cõſtãs ex ppoſitione aſſumptiõe & ꝯcluſio
ne. Nãq̃ haud tibi vltus Mortalis. nec vox holem ſonat o dea certe interptat ꝯpu Naumachia
tatio pẽſatio Sylloge eſt ꝯgregatio collectio ſyllogizo ꝯputo ꝯcludo. ¶ Enthime Syllogiſmus
ma ex vaico aſſumpto ꝯcludẽs. eſtq̃ ſyllogiſmus imꝑfectꝰ vt lꝫ . vt volo viuere; nõ
ſum liberior bruto? Adducito ppone Syllogiſmus erit ſic. An q̃ſq̃ eſt aliꝰ liber niſi
ducere vitã cui lꝫ vt voluit: lꝫ vt volo viuere: nõ. ſuꝫ liberior bruto? Argumẽtatiões Enthimema.
poetice nõ ꝯſtruunt ſm normulas logicoꝝ. ſed ex eis põt elici ſm canões logicos
ſyllogiſmi. Enthimema &c. vt ex dictis Perſij vbis habet hic ſyllogiſmus in tertio
modo pme figure. Ois hõ cui lꝫ viuere vt vult: eſt liber. ego ſum homo cui licet vi
uere vt volo ergo ego ſum liber. hec ſine notitia logice pfecte noſcet nemo. Enthi

memis interpretatur commentū/ ⁊ cogitatio. Entymeome .i. aIaduerto : cōſidero : cogito reminiſcor. Entymeſis penultima longa cogitatio. Entymion .i. caute cogitatum ⁊

Oecono- mia. aſtuta reſq̄ in aīo verſatur. Oeconomia eſt rei gubernande diſpenſatio. vt Tu rege re imperio pp̄los Romane memento: Hec tibi erūt artes: paciſq; imponere morē. Par

Palillogia cere ſubiectis ⁊ debellare ſupbos. dicitur Oeconomia lex domus: ab oecos .i. domus ⁊ nomos .i. lex hoc eſt diſpenſatio domeſtica. Oeconomos .i. diſpenſator rei familiaris villicus. ¶ Palillogia ē dictorum ornata replicatio: vt arma viri ferre arma. Interpretatur reiteratio vel duplicatio. Palillogos iterū collectus. a palin .i. iterum logos ſermo. logia locutio. ¶ Stratagema eſt exemplū militare ſummo ſtudio imitādum vt apud Liuiū de Hānibale interpretatur geſtū militare ⁊ conſiliū ſcribitur grece per σρατηγημα ſtratagema: ſed e longuz ſepe vertitur in a vt machina camus ⁊c. ideo male corripitur in ſtratagema ſcda ſyllaba a Mantuano ⁊ pluribus. Strategia .i. militatio pretura. Strategos imperator: dux exercitus.

¶ Paradoxon eſt electa ſnīa: vt quicquid erit ſuperāda oīs fortuna ferenda eſt. In

Epauxeſis terpretatur admirabile: preter ⁊ doxa maieſtas: gloria. opinio.

¶ Epauxeſis eſt ſnīarū incrementū ab imo ad ſupiora cōſurgēs: vt Pōpeiū ⁊ hortari

Auxeſis. ⁊ orare: ⁊ iam liberius accuſare. ⁊ monere: vt magnā infamiā fugiat: non deſiſtimus. Transfertur magnū incrementū ab epi prepōne: q̄ interdū auget ⁊ auxeſis penultima longa .i. augmētū: a xe es. Idem. auxeticos auctiuus auxo ⁊ auxano .i. augeo.

Phyſiologia ¶ Pyſiologia eſt rei naturalis deſcriptio. Horat. Albus vt obſcuro deterget nubila coelo. Sepe notus nec parturit imbres ꝑpetuos: ſi tu ſapiēs finire memēto. triſtitiā viteq; labores: interpretatur locutio de natura a phyſis ios .i. natura: ⁊ logia locutio

Epicherema. ¶ Epicherema eſt argumentū ratiocinatiuū. Uerū hoc cuz ſyllogiſmo. ⁊ enthiememate aliiſq; pluribus inter figuras ꝓprie nūerandū nō eſt. vt in nono Quintilianus innuit: licet non defuerint qui hec oīa in figurarū contuberniū admiſerūt. Epicherema cum e longo ante r q̄ per ei diphthōgon grece ſcribitur: interpretatur conamen Epichereo conor. epichereſi penultima longa .i. conatus

Problema ¶ Problema eſt ꝓpoſitio interrogationē detinens annexam: et apud Plutarchum

Epiphonema interpretatur ꝓpugnaculum pretextus prepoſitio.

¶ Epiphonema eſt rei narrate ſumma acclamatio: vt Tante molis erat Romanā cōdere gentem. Tantum ſeries iuncturaq; pollet: interpretatur acclamatio. ab epiphoneo .i. eſt acclamo. Niger annectit his tria carminum nomina: epicedium: epitaphium. ⁊ epithalamiū quaſi proprie figuras nō diximus: tamē cognationis nō nihil cum his obtinent. Eſtq; eorum cū ceteris carminū noībus cognitio vtiliſſima ideo non pigebit ea annectere.

Epicediuz ¶ Epicediū eſt carmen funebre: qḋ ⁊ Seruius in buccolica teſtatur: et habetur cadauere nonduz humato. vt extinctū nymphe crudeli funere daphnim flebant ⁊cetera. dicitur ab epi .i. in: ⁊ ſuper: ⁊ cedia poenultima longa .i. funus ⁊ affinitas ceneno .i. iuſta ſoluo funus curo. affinis ſum ad funus eo: ſcribitur grece Κηδεια. In nigro mendoſe legitur Epiodium pro epicedium.

Epitaphium. ¶ Epithaphiū eſt carmen cadaueri ſepulto cātatum: vt daphnis ego in ſyluis hic vſq; ad ſydera notus formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe dr. ab epi ⁊ traphos .i. ſepulchrum. Traphe eſt exequie ſepultura. Tapheus triſſyllabum pollinctor.

Edithalamium ¶ Epithalamiū carmen nuptiale: vt apud Catullū/ Claudianū/ ⁊ Auſoniū. dicitur ab epi. ⁊ thalamus .i. geniale cubiculum.

Proptrepicon. ¶ Proptrepicon eſt carmen inſtructiuū ⁊ adhortiuum. a protrepto .i. dirigo: exhortor. vt apud Auſonium de ſtudio puerili.

Propempticon. ¶ Propempticon carmen vt comitetur quēq; ſcriptum. vt apud Sidonium offendas a propempo .i. comitor: premitto: cum pompa aſſequor.

Epiniciuz carmen ¶ Epiniciuz carmen de victoria cuiuſq; ab epi. ⁊ nice .i. victoria. Epinicios .i. victorioſus. Epiniciū carmē aut celebritas ꝓ victoria habita. Talia etiaz fingi e greco fonte pñt carminū pluria noīa. Sed iā ſatis ſupq; euagatur ad mōaſtica nr̄a redeamus.

Inuenies verſum repetitum ſepe decenter.

Epimone. ¶ Epimone eſt eiuſdez verſus frequens repetitio: vt in ludicro Uergiliano. Incipe menalios mecum mea triſtia verſus. Ducite ab vrbe domū mea carmina: ducite daphnim. Epimone vltimam ſolum producit: ideo. hexametrum non ingreditur interpretatur perſeuerantia/ inſiſtentia/ aſſiduitas. Epimonos aduerbium: ideſt

cõſtanter corripit ſcđam ſine dubio: vt oĩa compoſita ab epi ἐπιμονη ab epi.i.inde ꝛ Uerſus ꝑ
ſupꝛ moneꝛ mãſio: monimos.i.ſtabilis. Uerſus ſepe repetiturus vocaẗ intercalaris crebro re
ab intercalendo.i.interponendo vt interuocãdo vt dies intercalaris in Februario. petiẗ inter

Reſpondere ſolent ſcriptores obijciendis. calaris dr.

¶ Antipophora ẽ ad obijciẽda rñſio. vt ſupꝛ: heu doleo: nã mihi ſepe nocet poſſet Antypo
queri: cur doles te piũ eẽ. Huic tacite q̃ſtioni: ſi occurriẗ. Nã mihi ſepe nocet. Anti phora.
pophora eſt ſolutio. hypophora nãq3 obiectio. dr ab anti.i.cõtra: et pophora fit eti=
pophora q̃ſi cõtra obiectionẽ id ẽt ſolutio ẽ. Hypophero.i.ſuffero/ſubduco. Hypo=
phoros tributarius. Huic figure aut multũ ab illis eſt Proſapodoſis: cum aut ſin Proſapo=
gulis ſtatim ratio ſubijciẗ: vt eſt illđ. Nec3 accuſatorẽ cũ metuo qui ſum innocens doſis.
nec3 cõpetitorẽ ꝟcorđ ſum antoni⁹ nec3 cõſulẽ ſpo: q̃ ſu3 Cicero. aut poſitis duob⁹ vl
tribus codẽ ordine ſingulis cõtinua reddaẗ rõ. Quale apud Brutum de dictatura
Cnei Põpeij: põſtatẽm nemini imparẽ q̃ alicui ſeruire: ſine illo eñ viuere honeſte l3
cũ hoc viuẽdi nulla cõditio. Dr a pros.i.ad: ꝛ apodoſis.i.redditio. hoc eſt ad aliqđ
rõnis redditio. Quintil.in.ix.vix cenſet in figuris antipophorã cũ Diexedo ꝛ apo=
phodo. ¶ Diexodos eſt ab. Echaſi ad principalẽ materiã trãſitus hoc modo. Lon=
gius enectus ſum redeo ad propoſitũ. Interpretaẗ decurſus ꝛ tranſit⁹. Mãtuan⁹
in pmo faſtoꝝ. Sed qua mẽte vagor: video meã lõgior equo eſt Echaſis ſetẽ feſtũ
redeamus hilari. ¶ Aphodũ Scor. Ualla vocat dubitationẽ: l3 Quintilian⁹ diſtin
guere videaẗ: vt ſiue malitiã ſiue ſtultitiã dicere oportet. Quintil. cõiunctim ponit:
Dierodũ aphodõ vt ſit eadẽ figura veluti hyſterõ pteron: nõ Ualle vix herco. Si=
gnificat aũt Diexodos trãſitũ ꝛ reditũ: teſte Raphaele Regio vt ſit traſitus ꝛ dedit⁹
ab Echaſi ad priorẽ materiã. vtrũq3 cõponiẗ ab hodos: ideſt via.

Quas tibi declarat Syntaxis non repetemus.

¶ De appoſitione/euocatiõe/cõceptiõe/ſylepſi/zeugmate antiptoſi/ſinthesi/ ſinecdo=
cheq̃ in ſyntaxi dicta ſunt haud operepcium fuerit repetere: ita illis ſupſedẽdum cen Idiopha=
ſeo. Nec3 multũ dicẽdũ de Idiophaſi ꝛ alophyli: cũ Idiophaſis ſit reciproca cõſtru ſis.
ctio: q̃ſi ppria locutio aut dictio: ad idios.i.ppri⁹. ꝛ phaſis.i.fama aut dictio vt e= allophilis
go me diligo: tu te: ille ſe. Allophylis ẽ cõſtructio nõ reciproca vt diligo Paulũ. dr
quaſi alteri⁹ gñis ex allo.i.aliud ꝛ phylõ cũ y greco.i.gen⁹ gẽs natio. Mãcinell⁹ fi=
guras eẽ cẽſet. Neutrũ nomẽ eſt hexametro aptũ q̃ idiophaſis tribrachũ includit.
allophil⁹ ꝟo cõtra Mãci.ẽ. Ditroche⁹: q̃ tertiã ſyllabã pducit vt Pãphyla ſcđa3.

Rem nimis vt notam ferimus nos ſepe tacere.

¶ Paraſiopeſis eſt quũ aliqđ nos reticere dicim⁹: vt potẽ olbus notũ aut cũ ſuſpi= Paraſio=
tionẽ excitare maiorẽ reticẽdo poſſumus: quale eſt illud. In pñtia iudices: in iuſſu peſis.
ppli q̃ improbiſſime geſſerit reticebo. De falſis ci⁹ lrĩs q̃s ad ſenatũ miſerit nihil di ꝛ Paraſio
cam. Quod illeq̃ ſepe interminati eſſe ꝟomittã. Nã ꝛ hec vobis nota ſũt ꝛ q̃ nouiſſime. peſis lati=
multo indigniora cõmiſit q̃ primũ cognoſcenda. Itẽ illud. Cogis me iniurie tue: cãm ne occupa
proferre: nihil agis. Nõ dicã ſ3 ipm tp̃s ea patefaciet. Latine hec figura diciẗ oc= tio ꝛ ꝑoccu
cupatio ꝛ ꝑoccupatio. Paraſiopeſis pe.lõga: vt apoſiopeſis in Cornucopie Perot patio dr.
ti ſcribiẗ ꝑ ſcđam, vocalẽ an ſ: ſit a para.i.apud/ab/preter: ꝛ ſiopeſis.i.ſilentium.

Fingere perſonam res eſt per crebra poete.

¶ Proſopopeia eſt pſone fictio quoties inanimatũ ad aiatũ loquitur. aut contra ad Proſopo
aiatũ ad inanimatũ vel rõnis expers. vt Ouidius ad libũ. Parue nec inuideo ſine peia.
me liber ibis in vrbẽ. Et Ouidiani libri Qui modo Naſonis fueram⁹ quinq3 libelli
Horati. Quid amplius. o mare ꝛ o terra ardeo. apud Ouidiũ in metha. Terra loq
tur ꝛ Cornix ꝛc. Proſopopeia cõtinet duos cõtinuos iãbos. ideo hexametrũ nõ in
greditur a proſopon per ω mega in ſcđa ſyllaba.i.perſona ꝛ poeo.i.facio aut fin=
go. Hinc etiã ꝛ ab ethos.i.mos fit ꝛ opoeia que eſt morũ efficio ſiue Mimeſio.i.imi ethopeia
tatio: vt apud Terent. At ego neſciebam quorſum tu ires paruula hic eſt abiecta
educit mater pro ſua ſoror dictu. eſt cupio adducere vt reddã ſuis Mimeſis ne ma= Mimeſis.
le pronuncies penultimam producit: q̃ grece ſcribitur κυμισις.

Laudatur verbi repetitio facta decenter.

¶ Expanodos eſt cũ decore dictionis repetitio ſiue regreſſio: plerũq3 cum negatiõe epanodos
interdũ ſine ea: vt principiũ dignitas eſt poene par: nõ par: fortaſſe eorũ q̃ ſeq̃bantẽ
eſt principatus bon⁹ eſt: non bon⁹ aũt qui in tyrannidẽ cõmutaẗ. Itẽ3 magnus eſt labor

dicendi magna eſt res. Item par eſſe vobis non par mihi Juli⁹ arte. et vt Laur. Valla ait. Compulerantq; greges corydō & thyrſis in vnū Thyrſis oues. corydon diſtentas lacte capellas. epanodos proceleumatic⁹ eſt hexametris ꝯtumax. fit ex epi et ana ꝙ̄ coniūcta iterū vel retro indicāt & hodos .i. via ꝗ̄ſi ad priorē viā regreſſio. Sunt qui epāhodos aſpirāt. vt hodos: alij citra flatū epanodos/periodos exodus/ Synodus ſcribūt vt philippus argyrıpp⁹: nō philipp⁹/argyripp⁹ &c. lz ꝯponaꝛ ab hyppos: de qua re alias plura dicemus: ſi mitiſſim⁹ dn̄s noſter Jeſus vitā dederit.

Paradiaſtole. **Virtutum vitijs interdum nomina dantur**

¶ Paradiaſtole eſt quū rem n̄ram dilatam⁹ interꝑtatione: vt cū aſtutū ſapientē vocam⁹ ꝓdigū liberalē. Temerariū fortē ſic cū Nigro Mācinell⁹. Componiꝛ ex para .i. iuxta & diaſtole .i. dilatio. vt Mācinell⁹ ait. At Fabi. in ix. diſtinctionem transfert. verba eius ſunt hec. Detractionis grā facta coniunctio (συνοικείωσις vocant) qui duas res diuerſas colligat. Tam deeſt auaro qđ hȝ ꝙ̄ qđ nō hȝ. Cui ediuerſo volūt eē diſtinctionē cui nomē dāt ꝑadiaſtolē: qua ſimilia diſcernunꝛ: quū te ꝓ aſtuto ſapientē appelles ꝓ ꝯfidētē fortē: ꝓ illiberali diligētē. In hunc locum ſic ſcribit

Synoeciosis. Raphael Regi⁹: Synoecioſis aut Synoeceoſis (nā diphthōgus modo in i modo in e longū vertitur) ex eo nomē accepit ꝙ duo diuerſa ſimul habitare faciat hoc eſt colligat aut cōiungat. Nam συνοικείωσις Synoeceoſis cohabitatio dicitur.

Paradiaſtole. ¶ Paradiaſtole aut transferꝛ ſeiūctio/diuiſio/ſeꝑatio/diſtictio. diaſtell o .i. diſtiguo Hoc autē modo a Rutilio Lupo definiꝛ ꝑadiaſtole eſt ſchema qđ duas aut plures ꝙ̄ videnꝛ vnā vim habere ſentētias diſiūgit: & quātū diſtāt docet cuiq; ſuā ſentētiā ſubiungendo in hūc modū. Nā quū ceterorū opinionē fallere conaris tute ipſe fruſtraris Nō em̄ ꝓbaris te: ꝓ aſtuto ſapiētē & ꝯfidēti fortē: ꝓ illiberali diligētem: pro maleuolo ſeuerū. Nullū eſt em̄ vitiū qđ virtutis laude gl̄iari poſſit. Huic figure (inqt Fabi⁹) ꝯtraria eſt ea ꝙ̄ eſt, vicinia trāſit ad diuerſa aut ſiliā. Breuis eſſe laboro. Obſcurus fio &c. Laur. Val. ſynoeſim vocat quā Quin. ſynoeceoſim: credo mendū eſſe in Valla. In lexico greco ſynoeceſis dı̄ cohabitatio ſynoeceo cohabito &c.

Diaſtole. Hyphen. ¶ Diaſtole (vn̄ ꝑadiaſtole) inter figuras a nōnullis poniꝛ: vt Hyphen: ꝙ̄uis ad accentū magis ꝑtineāt. Itaq; Diaſtole eſt diſtinctionis nota inter dictiones: ne putet eſſe cōpoſitio. Iphen eſt dictionū cōiunctio vt noſcaꝛ eſſe cōpoſitio. vtq; plures ſub vno accentu ꝓferanꝛ vt apud Verg. teſte Seruio. O ſocij neq; em̄ ignari ſum⁹ ante malorū & celi ſubter labētia ſigna. dı̄ ſubunio. ab hypo .i. ſub: & hen .i. vnum.

Hendyadis. **Hendyadim facies ſoluens immobile ſigum.**

¶ Hendyadis figura eſt quū reſolniꝛ ſubſtātiuū in adiectiuū: vt chalybes frenoſq; momordit ꝓ chalybeos frenos: & pateris libam⁹ & auro .i. pateris aureis ꝑ hēdyadim: vt Serui. docet in .ii. geor. poetis figura eſt peculiaris. Oratores vix vnꝙ̄ vtuntur. Interpretaꝛ vnū per duo ab hen cū aſpiratione .i. vnū: & dia per & dyo duo ꝗ̄ſi vnum per duo dicitur: & annulū aurum que geſto pro annulū aureum.

Quando pati quod agit fero: contraue Hypallage habetur.

Hypallage. Hypallage eſt figura quū v̄ba ꝑ aduerſum intelliguntꝛ quū qđ patiꝛ agere dı̄ aut ꝯtra. vt tradc rati vētos: ꝓ trade ratē vētis. Hypallage dı̄ ſubmutatio vel ſubalternatio: ex hypo .i. ſub & allage .i. mutatio. Allatio .i. muto. Hypallato .i. ſubmuto vel ſubalterno. Cōtra corripiūt cum Auſonio ſcȝ ꝓductio ſit melior: & longe frequētior.

Liptote erit quoties plus ſignificans minus aio.

Liptote ¶ Liptote eſt figura qua minus dicimus ꝙ̄ ſignificamus: vt haud parum doctus pro multū doctus. Munera nec ſperno dulcis amice tua .i. libenter accipio. Liptote .i. defectiua aut defectio a lipo .i. deficio vel linquo.

Antiheton fiet quoties contraria nectes

¶ Antitheton eſt figura qua ꝯtraria cōtrarijs opponunꝛ. Oui. i. meta. Frigida pugnabāt calidis: humētia ſiccis. Mollia cum duris ſine pōdere habētia pond⁹: hec

antithetō quib⁹ modis fiat antitheton. (vt Fabi. ait in .ix.) non vnico fit modo. Nā & fit ſi ſingula ſingulis opponuntur. vt vicit pudorē libido/timorē audacia. Et bina binis. Nō nr̄i ingenij eſt veſtri auxilij eſt ſententijs. Dheꝛ in cōciōib⁹: taceat in iudicijs. Cui ꝯmodiſſime iūgiꝛ ea ſpecies que diſtinctio dı̄. Odit ꝑpl's Roman⁹ ꝑriuatā luxuriā publicam magnificentiā diligit.

Antimetabole. Antitheton nō abſimilis eſt antimetabole: que eſt ex diuerſo mutatio qua v̄ba declinata reperiuntur: hoc modo. Non vt edam viuo: ſed vt viuam edo autꝭor

Fabius in nono. Georgius Valla antimetaphoram vocat. Dicitur ab anti.i.contra et Metabole.i.tranſitus, quaſi in contrarium tranſitus. Antitheton.i.contrapoſitum: ab anti.i.contra, et theton: id eſt poſitum. Perſius: Crimina raſis librat in antitheſis doctas poſuiſſe figuras, Laudatur.

Queſtio Erotema eſt inter numerata figuras.

¶ Erotema eſt interrogatio. Mancinellus inter figuras locat. Lucanus in primo Quis furor o ciues, que tanta licentia ferri Gentibus inuiſis latium prebere cruorem? Erotao.i.interrogo. Erotemo vel, Eroteſis penultima longa.i.interrogatio. Erotematicus: id eſt interrogatiuus. Eurotema

Dicta prius declarat Epexegeſis aperte.

¶ Epexegeſis eſt ante dictorum expoſitio vel declaratio: vt tolle fuga Turnum atque inſtantibus eripe fatis. Dicitur ab epi.i.ſupra: et exegeſis penultima longa cum antepenultima.i.expoſitio. Exegema, expoſitio, vel narratio hexegeome.i. precſum et expono. Exetes.i.preceptor et expoſitor. Epexegeſis.

Emphaſis eſt ſenſus maior quam verba recludunt.

¶ Emphaſis eſt figura altiorem prebens intellectum quam que verba per ſe ipſa declarant. Author Quintilianus in.viij. Eius due ſunt ſpecies. Altera que plus ſignificat quam dicit, Altera que etiam id quod non dicit. Prior eſt apud Homerum: quum Menelaus gratos in equum deſcendiſſe ait, Nam verbo vno magnitudinem eius oſtendit: et apud Vergilium Demiſſum lapſi per funem. Nam ſic quoque demonſtrata eſt magnitudo Idem. Cyclopa quum iacuiſſe dicit per antrum: prodigioſum illud corpus ſpacio loci menſus eſt. Sequens poſitum eſt in voce aut omnino ſuppreſſa, aut etiam abſciſſa Supprimitur vox apud Ciceronem pro Ligario quod ſi in tanta fortuna: bonitas tanta non eſt quam tu per te per te inquam obtines: intellecto quid loquor. Tacuit enim illud quod nihilominus intelligitur: non deeſſe homines qui ad id crudelitatem eum impellerent. Verg. in.4. Geor. Emphaſim fecit: authore Seruio. Quum iam glandes atque arbuſta ſacre. Deficerent ſylue et victum dodona negaret. Significatur enim etiam id quod non dicit hoc eſt non ſolum alie: ſed etiam ſacre. Nam harum ſterilitas aliarum denotat infoecunditatem. Emphaſis interpretatur ſuſpitio / ſignificatio, demonſtratio effigies. Emphanizo.i.demonſtro: declaro. Empheno.i.manifeſto. Niger Emphaſim vocat quotiens fixum pro mobili ponitur. vt ſcelus pro ſceleſtus etc. Emphaſis * Due ſunt ſpecies emphaſis.

Quod nihil ad ſenſum facit: eſto Parelcon vbique

¶ Parelcon eſt dictionis aut ſyllabe nihil ad ſenſum facientis adiectio vt apud Teren. Adeſdum paucis te volo. Dum parelcon eſt ſyllabica adiectio. Author Donatus ſic parelcon eſt ſibi teſte Beroaldo in.viij. Apuleij. In ſuo ſibi peruoluta ſanguine vt apud Terentium. ſuo ſibi gladio hunc iugulo dicitur e Parelco.i.produco prolongo Et quid metri tamen cauſa inculcatur Periplcroma. vt multum ille et terris iactatus et alto: Ille enim ſuperabundat: teſte Seruio: interpretatur ſuperfluitas periplcos i.ſuperfluus: quaſi vltra plenitudinem, per perfectionem a peri.i.vltra et plerona.i.plenitudo: ſupplementum. Plcroſis: perfectio.i.replco perficio. Parelcon. Peripleroma

Ob pulchram vocem quid factam Euphonia fertur..

¶ Euphonia eſt mutatio quepiam venuſtioris ſoni gratia vt tytides pro tydides: et redeo pro reddo: interpretatur bona vox. Eu enim bonum indicat: phone vox eſt. Quintilianus elegantius vocalitatem appellat: quam Priſcianus bonam ſonoritatem. Euphonia, vt apud Horatium. Symphonia corripit penultimam: licet ea ſyllaba et pluribus citra neceſſitatem abutatur Mancinellus. Euphonia * Euphonia a Quintiliano vocalitas a Priſciano bona ſonoritas appellatur.

Verſus ad abſentem dicetur Apoſtropha ſermo.

¶ Apoſtrophe vel apoſtropha eſt ad abſentem ſermonis conuerſio: vt te nunc appello aphucane. Et necte tua plurima panthu labentem pietas nec appollonis infula texit Dicitur a fabio in.ix. Aduerſus ſermo ſiue aduerſio apoſtropho auerto. Apoſtrophe etiam odium ſignificat apoſtrophos eſt accentus quidam apud grecos. Apoſtropha.

Dic alleotetam contra artem quid variatum.

¶ Alleotheta eſt accidentium contra artem mutatio: vt generis numeri caſus perſone modi comparationis. itaque continet ſub ſe antiptoſim ſyntheſim et plures figuras Alleotheta.

exempla Mancinelli ſunt hec. Pars in fruſtra ſecant. Tu mihi quodcūq; hoc regni. Urbem quam ſtatuo veſtra eſt. Dulce ſatis humor depulſis arbutus hedis: lenta ſalix fecto pecori mihi ſolus amyntas. De quibus omnibus quid ſentiamus ſatis in Syntaxi noſtra patet. Alleothetam Priſcianus libro. xvij. interpretatur variationem ad verbum interpretatur aliter poſita aulalia poſitio ab alos .i. aliter vel alocos cum oe diphthongo vt greca literatura indicat ἀλλοιωσ: inde alius et varius atq; diuerſus ἀλλιω .id eſt permuto. ἀλλοιωσ allocoſis .cum oe diphthongo ſequente o longum: id eſt mutatio & (vt ita dixerim) alteratio & a theton: id eſt poſitum. Theſis poſitio quorum compoſita penultimam corripiunt omnia vt antitheton apud Perſium agonotheta. epitheton &c. Ideo tam Mancinellus ꝙ ceteri quotquot hactenus figurarum nomina verſibus concluſere duos barbariſmos in hoc nomine fecerunt peruerſe citra neceſſitatem ſecundam corripientes & penultimam producentes. ¶ Alloetheta dicitur alio nomine alloeſis .que duo nomina in Seor. Ualla. rectiſſime cum oe diphthongo impreſſit Aldus vir vtriuſq; lingue inſtaurator ſummus. Ualla aloethetam vocat alio nomine ſoloecophanem quaſi ſoloecum ſiue ſoloeciſmum apparentem a ſoloecus & phanos .id eſt apparens: vnde amorem phancta vocauit Orpheus q; primus ex chao apparuerit hunc ſolem eſſe volunt nonnulli phanizo: id eſt appareo. oſtendo. manifeſto. Uocatur eadem figura archaiſmos id eſt antiquus priſcus. Licet imperitum vulgus putet archaiſmon prepoſitionis tantum figuram eſſe. Mihi concinet quiſquis commentarios Donati/ Seruij/ Beroaldiq; diligenter perlectitauerit.

τελοσ

Excudebat Theobaldus Paganus Lugduni.
Anno domini .M.D.xxxvj.